

Franckesche Stiftungen zu Halle

Oeconomiae Salutis Epitome Isagogica

Lange, Joachim

Halae Magdeburgicae, MDCCXXX.

VD18 13487469

Membrum VI. De Salutis Restituendae Mediis, Ad Eius Ordinem Tendentibus.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permission requests please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-211558

MEMBRUM VI.

DE

SALUTIS RESTITUENDÆ MEDIIS, AD
EIUS ORDINEM TENDENTIBUS.

TRACTATIO ISAGOGICA.

DE OFFICIO SPIRITUS SANCTI.

Sedes doctrinæ: Gen. VI, 3. Jo. XIV, 17. 26. XVI, 7. seqq.
13. 14. Rom. VIII, 14. 16. 26. 27. Act. VII, 51. XIII, 2. 4.
XX, 28. 2 Cor. III, 3. 6. 8 &c.

Definitio: Officium Spiritus Sancti est illud ejus opus,
quo is in ordine salutis ad Christi glorificationem, per
salutis media ad meriti ejus applicationem quam effi-
cacissime operatur.

TRACTATIO.

I. ORDO SALUTIS est, in quo hoc Spiritus Sancti offi-
cium se exserit, & sanctificationis negotium constituit.

II. MODUS officii, & simul officium ipsum: quod est

1. *Didascalicum*, quo Spiritus Sanctus, in debita medi-
orum salutis applicatione, hominem docendo & il-
luminando ungit, seu reddit *θεοδιδασκων*. Jo. XIV,
26. XVI, 13. 1 Jo. II, 20. 27.

2. *Elencticum* & simul *epanorthoticum*, quo Spiritus
Sanctus hominem de corruptione & miseria sua ita
convincit, ut is necessitatem gratiæ forensis & me-
dicinalis in Evangelio oblatam agnoscat. Jo. XVI,
8. seqq. 2 Tim. II, 26. Tit. I, 9.

3. *Pæniticum*, quo Spiritus S. hominem jam *θεοδιδασκων*
sub disciplina sua retinet, & subministratis vi-
ribus ad officiorum suorum praxin impellit.

4. *Paracleticum*, quo Spiritus Sanctus affictos sub cruce
erigit. Jo. XIV, 16. 26. Rom. VIII, 16. 1 Pet. IV, 14. &c.

III. SCOPUS, *glorific. Christi*, præcipue in officio mediato-
rio considerati Jo. XVI, 14. Rom. VIII, 9. II. Gal. IV, 6. &c.

IV. USUS: & quidem præcipue didascalicus de œcono-
mia operum sacrosanctæ Trinitatis &c. p 231 - 237

VERBO DEI, LEGE ET EVANGELIO.

SECTIO I.

DE LEGE: quæ

MORALIS: ubi

1. *Sedes in decalogo* Exod. XX. & *summa in dilectione* Dei, nostri, ac aliorum hominum bene ordinata. Lev. XIX, 18. Deutr. VI, 11. Matth. XXII, 37. &c.
2. *Commentarius in universa Scriptura sacra*: ibid.
3. *Principium*, Dei natura, & in ea sanctitatis & justitiæ attributum.
4. *Origo ex parte hominis*, imago Dei.
5. *Obscuratio ingens*, per imaginis divinæ jacturam introducta. Rom. VII, 7. seqq.
6. *Promulgatio solennis in monte Sinai* Exod. XIX. XX. ubi not. tempus, locus, legislator Messias, ministri, Moses & angeli, præparatio, modus.
7. *Ephasis sensus intensivi & extensivi* Rom. VII, 7. seqq. Matth. XXII, 37. Gal. III, 12.
8. *Proprietas formalis*, in auctoritate dirigente & obligante, & deficiente obedientia, damnante. Deuter. XXVII, 26. Gal. III, 10. nec non in eo, quod est ipsa *lex*, seu ipsum *jus*, *naturæ*.
9. *Œconomia*: ad quod, præter momenta jam allegata, pertinent:
 - a. *Forma ejus fœderalis*. Exod. XXIV, 2. Deut. IV, 13.
 - b. *Dignitas singularis in convenientia cum natura* Dei & hominis.
 - c. *Insignis subordinatio officiorum erga Deum*, nos ipsos & alios humines Matth. XXII, 37. 39.
10. *Impotentia ad salutem* Gal. II, 16. III, 21.
11. *Infœdus per evangelium* Rom. VIII, 3. 4.
12. *Harmonia cum Evangelio*, secundum harmoniam justitiæ & gratiæ in Deo. 13. *Usus* &c.

p. 237-247

CFRE-

CEREMONIALIS: ubi ejus

1. *Principium*, Dei voluntas liberrima, & in ea justitiæ ac gratiæ attributum.

2. *Materia*, quæ complectitur IV. capita, quæ sunt:

a. *Loca sacra*:

α. *Tabernaculum Mosaicum*, & in eo *Atrium*, cum altari & labro æneo; *Sanctum*, & in eo altare suffitus, lychnuchus, mensa panum propositionis: *Sanctum sanctorum*, & in eo arca fœderis.

β. *Templum*, iisdem fere vasis ac partibus instructum, prius & posterius.

b. *Personæ sacre*, sacerdotes & Levitæ ordinum XXIV. Num. III, 6. seqq. i Chron. XXIV. seqq.

c. *Actiones sacre*, positæ in *sacrificiis* quatuor specierum (holocausti, piacularis, pro reatu, pacifici) & *mundationibus*, præcipue ea a septia.

d. *Tempora sacra*, seu festa, sabbati, neomeniæ paschatos, pentecostes, novi anni, anniversariæ expiationis, tabernaculorum. Huc pertinet annus *sabbaticus* Lev. XXV, 4. seqq. & *Jubileus* ibid. v. 8. seqq.

3. *Forma*, quæ fuit *typica* & *egena*, & idcirco temporaria, ad unum tantum populum & locum restricta, regno Messie universali non conveniens, & hinc abroganda atque abrogata, secundum expressa oracula Jer. III, 16. XXXI, 31. seqq. Dan. IX, 24. &c. *Habemus hic evangelium typicum*.

FORENSIS, quæ, Exod. XXI. XXII. XXIII. & alibi tradita, magna ex parte est naturæ *moralis*, quam facillime ad *decreta* reducenda: sed merito *abrogata*, in quantum solius tantum fuit populi Judaici. Ipsa etiam aliquid repræsentationis *typicæ* habuit. Gal. III, 13.

p. 248-252

SECTIO II.
DE EVANGELIO.

Sedes doctrinae: Gen. III, 15. XII, 3. &c. Ps. XXIII. CXXX, 4. seqq. Jes. XLIII, 24. 25. XLV, 22-25. LIII. LV, 1. &c. Matth. V, 3. seqq. Marc. XVI, 16. Jo. III, 16. seqq. Rom. III, 21. seqq. 2 Cor. V, 15. seqq. &c.

Definitio: Evangelium est concio de Dei gratia in merito Christi fundata, & in duplici oeconomia testamentaria propofita.

TRACTATIO.

1. *Sedes prima ac præcipua*, Gen. III, 15.
2. *Commentarius amplissimus in universa Scriptura sacra.*
3. *Principium & simul fundamentum*, Dei gratia per justitiam temperata.
4. *Sublimitas*, quæ summa, mysteria fidei exhibens, cum *færitate & efficacia* conjuncta.
5. *Dona & bona præcipua*, *justitia* ad justificationem, & *robore* ad sanctificationem: Jes. XLV, 24. atque ita *gratia forensis ac medicinalis*. Jer. XXIII, 5. 6. Rom. V, 5.
6. *Medium applicationis, fides*, haustri instar se habens Jo. I, 16. Marc. XVI, 16.
7. *Differentia formalis à lege*: ubi *lex* postulat, jubet, terret, accusat, dat, nat: *evangelium* donat, invitat, erigit, tuetur & absolvet.
8. *Harmonia cum lege summa*, cujus notetur fundamentum, exemplum, forma dogmatica, usus practicus.
9. *Oeconomia diversa, dispositionis, seu testamenti*, nomine appellata, *vetus & nova*: quæ differunt tempore & loco, mediatore, promissione & exhibitione, adumbratione & impletionem, varietate & simplicitate, nec non statu & indole fidelium.

p. 252-262

M. VI.

M. VI. ARTICULUS II.
DE
SACRAMENTIS V. AC N. TESTAMENTI.

SECTIO I.
DE SACRAMENTIS V. T.

I. DE CIRCUMCISIONE.

Definitio: Circumcisio erat sacramentum V. T. prius, quo Deus, sub cruenta præputii resectione, data confirmatione de peccato originali & regenerationis necessitate, futuram sanguinis Messie effusionem adumbrabat, & sic circumcissum in fœdus gratiæ recipiebat. Gen. XVII, 7. seqq. Lev. XII, 3. Rom. IV, 11.

TRACTATIO.

- I. AUCTOR, Filius Dei ἀγγελος, tanquam angelus Domini.
- II. TEMPUS INSTITUTIONIS, annus mundi 2107. Abrahami 99. postquam is jam antea inde ab anno ætatis LXXV. cum Deo in sancto fidei ac fœderis gratiæ commercio fuerat verlatus. Gen. XVII, 24.
- III. CAUSSA MINISTRANS, Abrahamus, patres familias, & deinceps sacerdotes.
- IV. HOMO CIRCUMCIDENDUS, masculus infans octo dierum, etiam proselytus adultus.
- V. ACTUS, positus in amputatione præputii.
- VI. NECESSITAS, quæ summa, præcipue ratione antitypi, sub excisionis comminatione imposita.
- VII. SCOPUS & FIGURA, tendens ad salutis restituendæ necessitatem, fundamentum & ordinem, Deut. X, 16. XXX, 6. Jer. IV, 4. VI, 10. Act. VII, 51.
- VIII. ABROGATIO, nature typicæ conveniens Act. XV, 2. seqq. 24. seqq. Gal. V, 2. 6. VI, 12. 13. 15. baptismo in locum ejus succedente Col. II, 11. 12. 13. Confer Gal. III, 27.

p. 261-269

II. DE AGNO PASCHALI.

Definitio. Agnus paschalis erat alterum V. T. sacramentum, quo Deus per agnum typicum mactatum, assatum & comestum, sub figura tutelæ & liberationis ex Aegypto corporalis, redemptionem & liberationem Mesiaë spirituales repræsentavit. Exod. XII.

TRACTATIO.

I. IPSE AGNUS PASCHALIS: ubi ejus

1. *Nomen* אֶזְרָא, a transitu angeli perdentis.
2. *Tempus*, dies XIV. mensis Abib.
3. *Locus* mactationis & comestionis; primum ædes private, deinceps atrium tabernaculi & templi.
4. *Ministri*, patres familias, Levitæ ac sacerdotes.
5. *Convivæ*, omnes Judæi, & proselyti circumcisi, etiam scæminæ, foelari innexæ.
6. *Ipse agnus*, qui masculus, integer, & anniculus.
7. *Ritus proprii*: qui erant præparatio, mactatio, sanguinis adpersio, allatio, comestio.
8. *Rituum diversitas*: quorum alii erant temporarii primi actus, alii perpetui.
9. *Momentum primarium*, in forma sacrificali positum; uti constat ex appellatione *sacrificii* expressa. Exod. XII, 27. & ex antitypo I Cor. V, 7.

II. AGNI ANTITYPUS in Christo ac Christianismo.

1. *Persona* Christi hic repræsentata fuit ratione humanæ naturæ, secundum integritatem considerata.
2. *Officium* Christi sacerdotale adumbratum hic fuit ut in aliis sacrificiis.
3. *Applicatio officii* urget *circumcisionem spiritualem*, & *fermenti remotionem*, *sanguinis adpersionem*, cum sollicita profanationis evitatione conjunctam.

p. 269-274

SECTIO

SECTIO II.
DE SACRAMENTIS N. T.
I. DE BAPTISMO.

Sedes doctrinae: Matth III, 6. seqq. XXVIII, 19. 20. Luc. III, 2. 3. seqq. VII, 30. Marc. XVI, 16. Jo. III, 5. Gal. III, 27. 1 Petr. III, 21.

Definitio. Baptismus est ritus immersionis, aut adspersionis, in nomen triunitus Dei factæ, quo Deus hominem, sic visibili ecclesiæ initiatum, in fœdus gratiæ recipit.

TRACTATIO.

I. INSTITUTIO, cujus auctoritatem divinam comprobat.

1. *Divinum mandatam* Luc. III, 1-18. XX, 4. seqq.
2. *Discipulorum Christi praxis* Jo. III, 22. 23. IV, 1. 2.
3. *Sanctio Christi repetita & extensa*. Matth. XXVIII, 18. 19. 20.

II. RES ELEMENTI externa, *aqua*, eaque sola & naturalis, ad representationem rei cœlestis aptissima. Jes. XLIV, 3. 4. 5. Ezech. XXXVI, 25. seqq.

III. RES COELESTIS, *gratia Dei fœderalis*, in morte ac merito Christi piaculari fundata. Rom. VI, 3.

IV. FORMA, posita in *immersione*, vel etiam *assusione*, aut *adspersione*, conjuncta cum repetitione verborum institutionis.

V. BAPTIZANDI: non solum adulti, sed etiam *infantes*: quod comprobat

1. *Emphasis* verborum Matth. XXVIII, 19. 20.
2. *Successio* in locum *circumcisionis*. Col. II, 11. 12.
3. 4. *Praxis Apostolorum*, & secundi ac tertii seculi.
5. *Disputatio Augustini* adversus Pelagianos.

VI. FINIS proximus & EFFECTUS, *regeneratio* Jo. III, 5. Tit. III, 5. & gratiæ ac fidei jam collatæ confirmatio. Act. II, 37. 41.

VII. PROPRIETAS iterationis expers, quia est sacramentum initiationis.

VIII. USUS didascalico-paracleticus, epanorthoticus & pædæuticus de fœdere baptismali,

p. 275-286
II. DE

II. DE SACRA COENA.

Sedes doctrinae : Matth XXVI, 26. 27. 28. 1 Cor. X, 16. 17. 21. XI, 20. 30.

Definitio : Sacra coena est actio sacra a Christo instituta, in qua cum pane & vino consecrato verum corpus & verus sanguis Christi exhibetur. &c.

TRACTATIO.

- I. NOMINA : coena, mensa Domini, eucharistia, &c.
- II. INSTITUTIO, facta a filio Dei *αὐτοπροσώπως*.
- III. RES TERRENA, panis verus & vinum verum; COELESTIS, verum corpus ac verus sanguis Christi.
- IV. FORMA, integra actio, ad quam pertinet Symbolorum consecratio & distributio.
Eorum assumptio, sive hæc intercedente manu fiat, sive ipso ore.
- V. SENSUS verborum institutionis de unionem & communionem rei utriusque sacramentali.
- VI. PARTICIPANTES, iique digni, pœnitentes ac fide præditi, qui se explorare possunt. 1 Cor. XI, 18.
- VII. FINIS, qui est
 - 1. Fidei ac novæ vitæ corroboratio.
 - 2. Practica mortis Christi recordatio.
 - 3. Collatæ gratiæ obsignatio.
 - 4. Arctior nostri cum Christo conjunctio.
- VIII. PROPRIETAS, in frequentiori usu posita, cum sit sacramentum confirmationis.
- IX. USUS : & is
 1. Didascalus, de summa Dei *Θεολογία*.
 2. Elencticus, respectu Pontificiorum & Reformatorum.
 3. Epanorthoticus adversus abusum multorum, & contemptum haud paucorum.
 4. Pædæuticus ad dignam præparationem.
 5. Paracleticus in renovato cum Deo fœdere & aucta cum Deo communionem.

p. 286 - 296

M. VI.

M. IV. ARTICULUS III.

DE

MINISTRO ECCLESIASTICO.

Sedes doctrinae: Ezech. III, 17. seqq. XXXIII, 7. seqq. Matth. IX, 36. 38. Jo. X, 1. seqq. Act. XX, 18. seqq. 1 Pet. V, 1-4. epistolæ pastorales.

Definitio. Minist. eccles. est officium publicum, divinitus institutum, pura ~~verbi~~ divini prædicatione & legitima sacramentorum dispensatione fideliter administrandum.

TRACTATIO.

I. DIVERSITAS MINISTRORUM, qui differunt

1. Ratione *constitutionis*, & sunt vel *extraordinarii*, prophetae, apostoli & evangelistæ; vel *ordinarii* in V. ac N. T.

2. Ratione *doctrinae* & *vita*, boni vel mali.

Numina bonorum: pastores, duces, presbyteri, episcopi &c.

Nomina malorum: pseudodidascali, mercenarii, lupi rapaces &c.

II. INSTITUTIO, quæ divina, relata ad Patrem 2 Cor. V, 20. ad Filium Matth. X, 1. seqq. Eph. IV, 11. ad Spiritum Sanctum Act. XX, 18. 1 Cor. XII, 4. seqq.

III. REQUISITA ORDINANDORUM:

1. *Status gratia*, & in coetate virilis: quia ovium pastor ante omnia debet esse ovis Christi, & gregi typopo, nec *νεόφυτος*. 1 Tim. III, 1. seqq. IV, 12. 1 Pet. V, 3. &c.

2. *Eruditio theologica*, & præcipue hermeneutica & rhetica ac moralis, Matth. XIII, 52. Act. XVII, 24.

3. *Donum docendi*. 1 Tim. III, 2. 2 Tim. II, 24. Tit. I, 9.

IV. ORDINATIO IPSA: ubi

1. Præsentatio candidati. 2. Concio *σημειώσις*.

3. Electio. & 4. Vocatio. 5. Examinatio. 6. Ordinatio, stricte sic dicta, subsequente introductione.

p. 296-308

V. Fun-

V. **FUNCTIO MUNERIS** publica & privata: posita in pura & adæquata verbi divini prædicatione & legitima sacramentorum administratione. Huc vero speciatim pertinet

1. *Examen consentium*, cum conjuncta rudium in formatione.
2. *Institutio catechumenorum*, solis ludimagistris non relinquenda.
3. *Visitatio domestica*. non modo ægrotorum, sed etiam valentium.

VI. **ADIUNCTUM** functionis necessarium:

1. *Vita sanctimonia*, conjuncta cum sancta propriæ familiæ rectione. 1 Tim. III, 2. seqq. e statu gratiæ derivanda. Ubi observandus ordo in salvatione nostri & auditorum Act. XX, 28. 1 Tim. IV, 16.
2. *Studium crescendi* & magis magisque invalescendi: & quidem
Ratione intellectus in rerum divinarum agnitione, & sapientia ac prudentia.
Ratione voluntatis in fide, caritate, mundi abnegatione, & in omni robore spirituali. 1 Tim. IV, 15.

VII. **USUS** multiplex: & quidem

1. *Didascalicus* de officii hujus dignitate, sed spirituali.
2. *Elencticus* adversus hierarchiam cleri papæ antichristianam.
3. *Epanorthoticus* adversus candidatos inhabiles & cursores: & adversus ministros mercenarios & infidos.
4. *Pædeticus* ad dignam muneris administrationem.
5. *Parædeticus* de Dei gratia, & de futura gloriæ corona, in ærumnarum solatium. 2 Tim. IV, 7. 8.
Epimetrum de gratia forensi & medicinali.

p. 308-315

MEM-